

æqualis arcus CK, & ex centro D per K ducatur DKL ad K partes infinita, cum qua ad punctum L concurrat perpendiculum CL ab altera diametri extremitate ductum. Ducatur & per punctum K recta MKN diametro AC parallela: Arcus autem KC, perpendiculum sit KO. Quia igitur AB arcus minor est semisse per constructionem: & arcus KC quadrante semissis maior, manente ea quæ ex centro part. 100000000000000, deseruiet Triquetrum DCL cum recto, Tertiæ Seriei: DAE Secundæ, & Triquetra DFB, DOK Primæ Seriei. Datis igitur lateribus quæ rectum includunt, Triquetrorum BFD, KOD ratione ad eam quæ ex centro, dantur reliqui quatuor ordines Canonis Secundum assignatas rationes.

	BF.		EA.
BD.		DE.	
	DF.		AD.
	DO.		LC.
BK.		DL.	
	KO.		DC.

Aut in minoribus numeris.

	BF.		EH.
BD.		EB.	
	DF.		BH.
	BF.		KN.
BD.		KL.	
	DF.		LN.